

Landesbibliothek Oldenburg

Digitalisierung von Drucken

**Sebastiani Castellionis Sacrorum Dialogorum Libri
Quatuor, Quos Postremo Ipse Recognovit: Argumenta
Singulis Dialogis Praeposuit, Et Sententias Sublicit ...**

Châteillon, Sébastien

Francofurti, 1761

VD18 12886300

Transiordanini.

urn:nbn:de:gbv:45:1-18303

ctenus inequitasti? b) Num quid tale solita sum facere tibi? *B.* Nihil. *G.* Balaame, cur cæcidi-
sti asinam tuam jam tertium? Ecce ego ipse veni-
tibi adversatum, quia hoc iter suscepsum est con-
tra meam sententiam. Asina vero ubi me vidit,
declinavit me jam ter: quod nisi fecisset, profe-
cto jam te interfecisset, eam vero scivissem vivere.
B. Peccavi, fateor: sed non videram te mihi ob-
viam in via. Itaque si hoc iter tibi displicet, re-
vertar. *G.* Imo, eas licet cum istic: veruntamen
vide, ut ea demum dicas, quæ tibi suggeſſero.

SENTENTIA.

*Falsi vates minus interdum vident, quam ju-
menta.*

TRANSIORDANINI. Num. 32.

ARGUMENTVM.

Rubenenses & Gadini impetrant a Moſe
ſedem trans Jordanem.

Rubenenses & Gadini, Moſes.

Hæc regio, quam Israelitæ ceperunt, cæſis, Jova-
duce, incolis, regio est apta pecori alendo.
Nos autem habemus pecus: quod niſi tibi mole-
ſtum est, Moſes, liceat nobis poffidere hanc ter-
ram, ut non trajiciamus Jordanem. *M.* a) Scili-
cet fratres vestri ibunt in bellum, vos hic manebi-
tis otiosi? Cur deterretis animos Israelitarum, ne
per-

b) Cum insolitum aliquid accidit, cogitandum est, in-
solitam aliquam eſſe causam, eaque cognoscenda eſſt,
antequam statuas.

a) Æquum eſt, fratres eſſe socios laborum.



perveniant in regionem, quam ipsis Jova dedit? Ita nimis fecere patres vestri, quando eos ego misi Cadebarne speculatum regionem. Cum enim pervenissent ad fluvium Escoleum, vidissentque terram, fregerunt deinde animos Ifraelitarum, ne irent iu terram sibi a Deo datam. Quare iratus Deus eodem die juravit, nullum eorum, qui egressi essent Ægyptum, qui modo excessisset vi- gesimum annum, visurum terram, quam ipse pro- misit Abrahamo, Isaaco & Jacobo: eo quod non paruissent sibi, exceptis Calebo & Josua, qui pa- ruerunt. Ergo iratus, eos ductavit ulro citroque errantes per deserta quadraginta annos, donec tandem desit totum illud genus hominum, qui offendéant Jovam. Ecce autem vos existis pro patribus vestris, qui augeatis numerum nocentum, ut ira Jovæ in Israelitis incremento augeatur. b) Nam si deseretis eos, ductabit eos adhuc per de- sera, atque perdideritis hunc populum. R. Aedi- ficabimus hic caulas pecudibus nostris, & urbes parvulis & imbecillibus: nos vero in armis erimus parati ante Ifraelitas, donec collocaverimus eos suo loco. Nostri autem liberi, & cætera turba ad bellum inepta, manebunt in urbibus muratis, ut sint tuti ab incolis terræ. Nec revertemur domum, quin prius Israelitæ venerint suæ quisque in hereditatis possessionem. Neque enim cernemus hæreditatem cum eis trans Jordaneum, quibus ob- venerit cis Jordaneum, orientem versus. M. Si quidem re præstabitis, quod pollicemini verbis,

D 3

arma-

b) Similia peccata sequitur pœna similis.



arimatique ad bellum, quotquot potestis ferre arma,
Jova despectante, Jordanein transmittetis, non re-
dituri nisi deturbatis a Iova hostibus, terraque sub-
dita Jovæ imperio: si inquam, agetis, revenietis
postea purgati & Jovæ & Israelitis: atque hac qui-
dem lege possidetote terram, Jova volente. Sin
hæc non feceritis, sic habetote, vos peccare in Jo-
vam, vestrumque peccatum in vos recasurum.

SENTENTIA.

*Quibus jam prospicuum est, ii debent cæteros,
quibus nondum prospicuum, adjuvare.*

RACHABA. Josuæ 2.

ARGVMENTVM.

Rachaba meretrix abditos apud se ex-
ploratores Israelitarum clam dimitit per
fenestram, pacta cum eis de salute sua &
suorum.

*Ministri Regis Hierichuntis, Rachaba.
Explorantes Hebræi.*

Rachaba, nos sumus huc missi a rege, ut abdu-
camus homines eos, qui diverterunt ad te.
Venerunt enim gratia explorandæ totius regionis:
proinde vide, ut eos producas nobis. R. Ad me
quidem venerunt homines quidam, qui cujates
sint, me latet: a) ii, cum vespere clauderetur
porta, exierunt, nec scio, quo se receperint. Si
voletis consequi velociter, assequimini. Salva res
est, abierunt. Nunc adeo hospites, quos ocului

a) Pia fraus aut factum potius extraordinarium.

